



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Denuo absolutur. 86

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

ref-
 ad
 erre:
 xciti
 & in
 olli-
 bo.
 mni
 latâ
 ectis
 imè
 o al-
 os &
 ihi-
 con-
 berè
 que
 per-
 is, vt
 fue-
 abi-
 no-
 alia
 uri-
 ent.

rent. Per eosdem dies annonam,
 & si quid aliud captiuis opus erat,
 aliqui ciuium vbertim suppedita-
 bant. Sed neque à quæstionibus
 habendis cessatum fuit; quæ quo
 diutius acriusque exercitæ, eò
 sublimius innocentiam euexere.
 86 Ad extremum Magistratus,
 quem Baccalaureum Friam dice-
 bant, cognitæ virtuti testis, è iu-
 dice factus, IGNATIVM socium-
 que probos esse doctosque ho-
 mines affirmat: & fraudis sceleris-
 que obiecti puros, ex animi sui
 sententiâ pronunciat. Atq; ita vin-
 culis eximuntur. Apparebat pri-
 dem huc spectare DEVM, vt IG-
 NATIVS per hos fortunæ turbi-
 nes duratus, decumanas olim
 tempestates superare; & vel pu-
 gnantibus ventis nauem ad por-
 tum, quem ipsi edixisset, appel-
 lere condisceret. Nam & ingenti-
 bus illâ animis impleuit, & cres-

D 3 cente

ente desiderio accensum, ad so-
 cios scribendos impulit; qui cum
 ipso vniuersi in subsidiis essent,
 dum ad communem laborantis
 mundi opē ducerentur. 87 Inde
 par increuit cupiditas Lutetiam
 ire urbem Parisiorū à litteris ap-
 primè celebrem, & Musarum ve-
 tustissimam sedem: idque confi-
 lium quā constantiā cepit, ita re-
 tinuit, vt obnitentibus multis, &
 immania damna prædicantibus,
 eripi tamen hanc sibi mentē nun-
 quam pateretur. Hi temporis ce-
 lique inclementiam proponere;
 hi loci hiemes, & anni frigora
 memorare: tum deinde funestum
 Gallos inter Hispanosq; bellum,
 & iam mutuis cladibus geri cæ-
 ptum: Rursus pericula, quibus
 itinera forēt septa, ostendere; ad-
 ductis compluribus barbareꝝ cru-
 delitatis exemplis, quæ in viato-
 res nuper edita ferebantur. Ad
 quæ

qua
 ter
 do
 tur
 lis
 rib
 hæc
 tra
 no
 col
 88
 stuc
 nisi
 Igit
 ma
 inc
 reti
 ope
 Vbi
 vel
 mag
 loci
 testi
 per